

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES,
ET SUMMORUM PONTIFICUM
CONSTITUTIONES
RECENTISSIMÆ,
THEATRUM
Veritatis & Justitiae
CARDINALIS DE LUCA,
E f u s q u e t r a c t a t u s
DE OFFICIIS VENAL. ET STAT. SUCCESSIONIBUS
Amplexentes, confirmantes, & laudantes.
ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS NECESSARIIS
exornatae, ac juxta Titulorum seriem & Discursuum ordinem dispositæ.

VOLUMEN SECUNDUM.



VENETIIS, M.DCCVII.
Apud Paulum Balleonium.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

deicommis. 5. Aprilis 1680. S. Et ulterius, usque ad finem
coram bo. meo. Emerix.
Et ita utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana fideicommissi Prosperi Iunioris
de Caffarellis.

Luna 8. Martii 1694.

ARGUMENTUM.

Deciditur quæstio que habetur apud Card. de Luca de Fideic. Disc. L. & Disc. LI. de Fideicom. an scilicet vocata familia censeatur vocata familia tantum effectiva vel quoque contentiva.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissum ex quibus censetur restrictum ad personas vocatas & ad alias non progrederi.
- 2 Fideicommissum conditum pro Domo & familia Testatoris comprehendit familiam tanum effectivam non autem contentivam.
- 3 Præfertim si additum non fuerit cognomen familie.
- 4 Substitutio concepta sub conditione si sine filiis per filiorum existentiam expirat.
- 5 Pluralitas non resolvitur in singularitatem si existat persona predilecta.
- 6 Persona predicta qua dicatur ad effectum.
- 7 Fideicommissum per præmorientiam Hereditatis caducatur.
- 8 Fideicommissum conditionale non transmittitur.

DECISO XXXIV.

DD. censuerunt non constare de fideicommisso neque particulari neque universalis Prosperi Iunioris de Caffarellis favore DD. de Caffarellis filiorum Ducis Gasparis filii Ioannis Petri, non quidem particulari, quia Testator voluit quatuor Casalia per ipsum possessa, & in Testamento descripta excepta causa satisfactionis suorum debitorum nullo pacto alienari posse, sed ut sunt eius præcisa verba *semper remanere in Domo, & familia ipsius D. Testatoris & supposita dispositione præsentis sui Testamenti* quicquid enim sit utrum non obstante generali ratione perpetua Casalium conservationis in Domo & familia fideicommissum sic dici valeat restrictum ad personas vocatas in Testamento & illis successivis verbis ibi.

Et supposita dispositione præsentis sui Testamenti, ut in similibus terminis pro restitutione censuit Rota decisi. 669.

numer. 25. & sequent. coram Merlino, & in Maceraten. fideicommiss. 10. Decembris 1685. §. fin. coram Reverendiss. P. D. meo Benincasa fideicommissum peculiariter institutum fuit pro Domo & familia ipsius Testatoris non autem simpliciter pro domo & familia & ideo complectitur familiam dumtaxat effectivam, que nuper defecit per obitum Anna filia Petri ultimi masculi descendens a Testatore; non autem contentivam, de qua sicut idem DD.

2 de Caffarellis ut tradunt Ruin. cons. 153. num. 10. lib. 2. Menoch. consil. 233. num. 20. Giovagn. consil. 36. num. 29. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 351. num. 27. & firmavit Rota decisi. 254. num. 7. & 8. par. 12. recent. decisi. 294. num. 10. coram Coccin. decisi. 450. num. 7. & 8. coram Merlin. decisi. 707. num. 7. coram Dunoz. Iun. decisi. 65. num. 16. & 17. coram clar. me. Card. Cerro, & in Massiana Beneficii 21. Iunii 1688. §. Et denique coram R. P. D. meo Ursino & 3. Iunii 1689. §. Multo que minus coram eodem & 10. Decembris 1691. §. Siquidem coram Reverendissimo P. Domino meo Manuel. Præfertim quia vocationi domus, & familia ipsius Testatoris non fuit additum eius cognomen; quo stante facilius excluditur familia in genere, ac restringitur dispositio ad familiam in specie ipsius Testatoris, ut ponderant Ruin. Iun. consil. 482.

3 n. 48. Peregr. consil. 31. n. 6. ver. non obstat lib. 4.

Nec pariter universa, quia Testator institutis heredibus duobus filiis Alexandro scilicet & Curtio eos invicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & quodcumque ipsi decederent sine filiis legitimis, ac

naturalibus tunc & eo casu ultimo ex iis sic decedentibus substituit Maximilianum Caffarellum sub conditione tamen quatenus juxta tractatum cum semetipso habitum ante obitum amborum suorum filiorum sine filiis effectum sortitum fuisset eius matrimonium, ac Faustina sua filia natu maiore, & sub contraria conditione matrimonii scilicet effectum non sortiti Ioannem Petrum Avum præfatorum DD. de Caffarellis, ut plenius in Testamento ibi *Instituit D.D. Alexandrum & Curtium suos legitimos & naturales filios &c.* & eos ad invicem substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum quandocunque decederent sine filiis legitimis & naturalibus tum & eo casu substituit ultimo & dd. filiis sic morientibus &c. Dominum Maximilianum Caffarellum, si tamen antequam veniret casus mortis amborum suorum filiorum sine filiis ul supra sortita fuisset parentela inter ipsum Maximilianum, & Dominum Faustinam maiorem filiam ipsius Testatoris juxta tractatum habitum cum ipso Testatore effectum, & cum d. conditione Ipse D. Testator Dominum Maximilianum ad successionem bonorum suorum, & suæ hereditatis in d. Casum mortis amborum filiorum sine filiis legitimis & naturalibus & non alias &c. venire, si vero non fuisset sortita effectum d. parentela tunc ipse D. Testator ultimo ex eius filiis sic morientibus sine liberis ut supra substituit &c. Dom. Joan. Petrum Caffarellum.

Hinc enim triplici fundamento excluduntur iidem Domini de Caffarellis a successione istius fideicommissi. Primum scilicet quia substitutio Maximiliani, & successivè etiam altera Ioannis Petri illi consecutiva ex qua dumtaxat Ius Domini de Caffarellis metiri valent ordinata fuit sub expressa conditione obitus Alexandri, & Curtii filiorum Testatoris sine filiis, & sic utraque expiravit per obitum Alexandri secutum relicta post se pluribus filiis juxta notorium consilium Oldradi consil. 21. Cum quo passim in his casibus procedit Rota u. in decisi. 4712. numer. 3. coram Cerro in Bononiæ. fideicommissi de Burgonzois 27. Iunii 1683. §. primo coram Reverendiss. P. Dom. meo Hervault, & in dicta Maceraten. fideicommissi 10. Decembris §. ratio coram Reverendiss. P. Dom. meo Benincasa nec intrare potest resolutio pluralitatis in suas singularitates ob id quod Curtius novissimus sine liberis decelerit ad terminos Text. in l. heredes mei §. Cum Itaff. ad T' rebell. quia cessat huiusmodi resolutio quando, (prout hic) adlunt personæ que ex præsumpta mente Testatoris substitutum excludunt ut declarat Barthol. in dicta heredes mei §. Cum ita in fine Mantic. de coniunct. ultim. voluntat. lib. 11. tit. 5. num. 18. Fusar. de substit. quæst. 473. num. 30. Rota decisi. 145. num. 4. par. prima, & decisi. 142. num. duodecimo, & decisi. 244. num. 6. parte 17. recent. prout sunt filii fratris præmortui, qui ex liberis Testatoris existunt, & ab intestato substitutum excluderent & posita leguntur in conditione, Sanch. in dicta leg. heredes mei §. Cum ita num. 229. Menoch. de presump. lib. 3. præsumpt. 186. num. 9. Peregr. de fideicom. art. 13. num. 48. Rota dicta decisi. 142. nu. 18. par. 17. in Romana Fideicommiss. 9. Maii 1679. §. amplius & 9. Iunii 1679. §. Et per consequens coram Reverendiss. Bourlement.

Secundum quia inter Maximilianum substitutum, & Faustinam filiam Testatoris conclusum fuit matrimonium unde defecit altera conditio quatenus scilicet matrimonium inter eos conclusum non foret, sub qua specificè concepta fuit substitutio particularis Ioan. Petri.

Tertio demum quia Ioannes Petrus substitutus predecēsit Curtio heredi gravato, & sic caducatum fuit fideicommissum leg. ex facto s. si quis autem eff. ad T' rebell. & leg. Iubemus C. eodem titul. Peregrin. de fideicommiss. art. 15. num. 28. Rota decisi. 272. num. 13. par. 6. recent. & decisi. 238. & num. 7. coram Priolo non refragante illius transmissione forsitan alleganda quia fideicommissum conditionale non transmittitur leg. Unic. §. fin. autem Cod. de caducit. tollend. lib. 4. ff. de 8 aliment. & cibar. & leg. si ex pluribus in fine eff. de suis ac legitimis &c. Rota decisi. 707. num. 13. & 18. coram Dunoz. Iun. & decisi. 119. num. 11. coram Cerro.

Et ita altera tantum &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana Fideicommissi Prosperi Junioris
de Caffarellis.

Lun. 7. Junii 1694.

A R G U M E N T U M.

Confirmatoria alterius est praesens Decisio.

S U M M A R I U M.

- 1 **S**ub nomine familia venit tantum effectiva si reperietur pronomen ipsius.
- 2 **V**eniret tamen si simpliciter vocata esset familia.
- 3 **V**el si super additum fuerit cognomen.
- 4 **V**el si vocati fuerint illi de familia.
- 5 **A**us si nomen familia verificari non valeres nisi in contentiva ne quia Testator descendantibus careret.
- 6 **I**d quod Testator omisit consuleo omisisse presumitur.
- 7 **T**estator semper presumitur descendentes in concursu aliorum prædiligere voluisse.
- 8 **P**rohibito alienationis non operatur quod sub nomine familiae rem quoque contentiva licet prohibito sit realis.
- 9 **N**on est inconveniens in fideicommissis separatis quod alii sucedant in uno & alteri in alio.
- 10 **F**amilia contentiva vocata dicitur sub vocatione Domus, at si copulexio cum mentione familiae & addatur pronomen ipsius non veniret.
- 11 **E**tiam si esset contentiva non remota, sed proxima.
- 12 **A**ctus qui impugnatur geruntur non sunt allegabiles pro observantia.

D E C I S I O XXXV.

Impugnarunt acriter DD. de Caffarellis in hodierna Causa repropositione decisionem editam coram me die 8. Martii proxime elapsi super puncto fideicommissi particularis. Sed tamen Dominis iterum visum fuit de eo non constare, & sic standum in decisio.

- Non constat siquidem de fideicommissio, quia Testator alienationem quatuor Casalium, de quibus agitur, prohibuit, volens, ut sunt ejus præcisa verba *semper remanere in Domo & familia ipsius Testatoris, & supposita dispositioni presenti sui Testamenti*; Fideicommissum enim ordinatum pro familia, cum pronomine *ipsius* ad Testatorem relato, complectitur familiam tantum effectivam, non autem contentivam, quia pronomen *ipsius* est personale, ac genitivum, nomen familie specificans, ac restringens ad eam, quæ provenit à Testatore, ut præter allegatos in præterita decisione affirmant Paris. conf. 51. n. 5. lib. 2. Riminal. Jun. conf. 482. num. 52. & sequent. Peregrin. conf. 57. num. 9. lib. 5. Fusar. confil. 169. num. 36. lib. 1. Rot. decif. 479. num. 6. par. 5. recent. 10m. 2. decif. 226. numer. 29. part. 19. & decif. 337. num. 2. coram Prial. non obstantibus auctoritatibus in contrarium adductis, quoniam (paucis exceptis, qui loquuntur contra viorem, & magis receptam DD. sententiam) alii loquuntur, vel in terminis generalibus vocationis familie, ut sunt Text. in lfin. Cod. de verbis signif. Gabr. conf. 132. num. 58. & 59. lib. 1. Buccaf. conf. 24. num. 2. Castill. quotid. controv. lib. 2. cap. 22. num. 77. Mantic. de conject. lib. 8. rical. 12. num. 12. vel in terminis vocationis familie cum adjektivo cognominis, quod tanquam genericum, in fine positum, enervat vim specifici *ipsius*, ut sunt Alex. conf. 213. num. 2. in fin lib. 6. Altograd. conf. 95. num. 85. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 16. vers. contraria vero, Rot. decif. 7. num. 35. par. 19. rec. vel in terminis vocationis illorum de familia, quæ magis late patet, nec dicit personalem relationem ad ipsum Testatorem, ut sunt Fusar. de substitut. quæst. 351. num. 30. Rot. decif. 65. coram Cerro, ubi signanter num. 12. ita distinguit, & conciliat contrarium sentientes, vel demum in terminis, in quibus substitutione familie *ipsius* Testatoris verificari nequit, nisi in familia contentiva, quia nempe vel Testator caret descendantibus, vel substitutionem familie peregerit post absolutam vocationem omnium Descendentium, ut sunt de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 132. ibique Rot. doer. num. 31. Castill. controv. lfin. lib. 2. cap. 22. num. 81. Decif. ad Theor. de Luca. Vol. II.

Rot. decif. 669. num. 17. vers. minus adversatur, & seqq. coram Merlin. , & decif. 138. numer. 17. & seqq. coram Bichio.

Neque ab hac conclusione retrahere Dominos valuerunt conjecturæ, ac circumstantia in facto ponderatæ pro extensione fideicommissi ad familiam contentivam, non enim obstat quod Testator suum Corpus sepelliri mandaverit in Ecclesia B. Mariz super Minervam in Sepultura sua Domus, & familie de Caffarellis, quodque in fideicommisso universali, Alexandro, & Curtio suis filiis sine filiis descendantibus substituerit Maximilianum à remotissimo communis scipite descendente familiæ contentivæ sub conditione contrahendi nuptias cum Faustina ipsius filia ante obitum ejus filiorum sine filiis, & in defectu istius conditionis, Joannem Petrum ipsius ex Fratre Nepotem, & Avum modernorum DD. de Caffarellis, quasi quod ex his rationem habuisse videatur etiam familie contentivæ, quoniam generalis nuncupatio Domus, & familie de Caffarellis in actu electionis Sc. pultræ potius retorquetur, nam sicut illam Testator fecit in hac parte, ita etiam fecisset in alia si voluisse, argumento Textus in l. unica §. fin. ausus ad deficiens Cod. de caduc. rollend. Et substitutio Maximiliani, & Joannis Petri in fideicommisso universali nihil juvat, quoniam Maximilianus substitutus fuit sub conditione nuptiarum, & uterque sub conditione si Alexander, & Curtius Testatoris filii sine filiis obiissent: Unde ratio, qua Testator moveri potuit ad substitutionem familie contentivæ in fideicommisso universali, perempta ipsius descendantia cessat in particulari absoluto fideicommisso favore familie, cum dari posset casus, quod ex ultimo de familia superesset, prout actu superfluit Descendentes Testatoris, quos semper ipse presumitur alienz soboli prætulisse, iuxta Text. in l. cum ausus ff. de condit. & demonstr. leg. cum acutissimi Cod. de fidic., & leg. gener. § fin Cod. de inst. & subtit.

Minus relevat, quod Testator fideicommissum pro familia instituerit cum prohibitione alienationis in rem concepta, & cum verbis perpetuitatis, & non simpliciter pro familia, sed complexivè pro Domo, & familia ipsius Testatoris; quoniam prohibitio alienationis quantumcumque realis fideicommissum non porrigit ad personas, quæ sub illo non comprehenduntur ad tradita per Rot. in Bononiens. 8 fideicommissi de Ghisellis 24. Febr. 1685. §. inefficax coram Reverendiss. D. meo Hervault Perpetuitas intelligitur, & verificatur durante linea vocatorum, ut nota Fusar. de substitut. quæst. 351. num. 29. & respondit Rot. decif. 300. nu. 28. par. 1. rec. & decif. 669. n. 18. coram Merlin. Non refragante replicacione, quod fideicommissum universale, in quo nulla fuit perpetuitas contemplata, defecturum non fuisset (ut præfertur) per obitum Alexandri, & Curtii filiorum Testatoris sine filiis, sed transiit ad Maximilianum, vel Joannem Petrum, quia non est inconveniens, quod quando (prout hic) agitur de duobus fideicommissis distinctis, ac separatis, unius sucedant in uno, & alii in alio, Riminal. Jun. conf. 0. num. 8. 9 Peregr. conf. 45. sub num. 10. lib. 1. Et mentio Domus licet regulariter magis late patet, quam familie, secus tamen est quoties (ut in casu nostro) copulatur cum mentione familie, additurque pronomen *ipsius*, quod utramque restricit.

Nec pariter urget, quod DD. de Caffarellis non sint de linea contentiva remota, sed de linea contentiva Testatoris conjuncta per communem Patrem, & quod agatur de bonis provenientibus ab antiquis utriusque familie Progenitoribus, & Capitibus, quorum unum familie nomine *La Caffarella* nuncupatur, quia vis non stat in Proximioritate, vel remotioritate familie contentive, sed in ejus comprehensione, quæ cessat, stante pronomine *ipsius*, denotante provenientiam seu productionem à Testatore, prout in specie hujusmodi distinctionem inter familiam, proximam & remotam reprobavit Moder. Licens. decif. 457. num. 28. Et avita bonorum qualitas non probatur, quis Casalia Ardeze pervererunt in familiam Caffarellam ex causa dotis Ludovicæ Columnæ, in illis constitutæ cum pacto redimendi, & successivæ transactionis cum eis initæ paulo ante obitum Testatoris, & Casale quod hodie dicitur *La Caffarella*, Testamenti tempore denominabantur fons Virginis; Et probata enim non relevaret, quando non agitur de bonis aliquo titulo insignibus.

Denique frustra allegatur observantia ex eo defumpta, quod Alexander Testatoris filius super omnibus suis bo-

In his bonis ordinaverit fideicommissum etiam favore familie consentivæ, quodque Petrus Caffarellus de familia effectiva Testatoris, obtenta derogatione ipsius fideicommissi citaverit in ejus executione descendentes familie contentivæ, quoniam Alexander nullibi professus fuit, ac censuit uniformare se secundum dispositionem ipsius Patri, & citatio successorum familie contentivæ in executione derogationis fideicommissi non se haber approbativè, sed impugnativè, seu præcisivè. Et ita decisum fuit utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO

Romana Fideicommissi Proprietary Junioris
de Caffarellis.

Ven. 3. Decembris 1694.

ARGUMENTUM.

Binas superius relatas decisiones confirmandas deciditur cum iisdem quæ superius relata fuerunt.

SUMMARY.

- 1 Non obstantibus universalitate & independencia orationis, favore conservandi agnationem, verbis perpetuitatē denotantibus, ac realitate prohibitionis alienationis sub nomine familia cum dictione ipsius non venit nisi familia effectiva non consentivæ.
- 2 In fideicommisso condito favore Domus & familie non venit nisi familia effectiva, secus si conditum fuisset favore familie, & Domus.
- 3 Aliæ partes Testamenti inservire non possunt pro conjecturanda voluntate defuncti si loquamus in diversis casibus.
- 4 Contemplatio seu vocatio familia contentivæ non resultat ex simplici vocatione Agnatorum.
- 5 Nullum potest considerari absurdum quid ciuius terminus fideicommissum particulare quam universale non obstante nota perpetuatis in particulari à Testatore exarata.
- 6 Quo casu fideicommissum particulare dicatur suppositum universali.
- 7 In fideicommisso pro familia instituto non verius. Descendentes ex feminis.

DECISO. XXXVI.

Admittebant hodiè tandem Scribentes pro DD. de Caffarellis conclusionem Juris in abstracto, quod in fideicommisso familie relicto cum pronominis *ipsius* veniat familia tantum effectiva, non autem contentiva juxta plenē firmata in ambabus hujus Causæ decisionibus, editis 8. Martii, & 7. Junii cadentis anni, sed dicebant illam, uti simplici præsumptioni innixam, in concreto cessare ex pluribus contrariis præsumptionibus per eos adductis, quibus tamen per Dominos mature perpensis, & insubstantibus agnitis, responsum fuit, standum in decisis.

Non enim obstat, quod Testator, nulla precedente descendientium vocatione, sub initio Testam. per caput separatum, prohibuerit alienationem Casalium cum expressa voluntate, ac voto, quod illa semper remaneant, ut sunt verba præcisa, in Domo, & familia *ipsius* D. Testatoris, & supposita dispositioni presentis sui Testamenti, quasi quod in his terminis attenta, tunc universalitate, & independentia Orationis, tunc etiam favore conservandæ agnationis, tunc denique verbo perpetuatis *semper*, ac prohibitione alienationis in rem directa, fideicommissum intellectum, ac, volutum dici debeat favore utriusque generis familie, tam effectivæ, quam contentivæ. Quoniam universalitas, & independentia orationis specificatur, & restringitur à pronominis *ipsius*, quod est possessivum, & indicativum Causæ efficientis, ut præter allegatos in utraque decisione in principio, latè tradit Fusar. conf. 169. num. 37. & pluribus seq. favor conservandæ agnationis versatur in quocumque fideicommisso pro familia instituto, quod tamen ex vi pronominis *ipsius* secundum veriorem, & magis receptionem Doctorum sententiam, non egreditur familiam effectivam. Et verbum perpetuatis *semper*, prout & realitas prohibitionis satis verificari, atque effectum sortiri valent in filiis, ac descendientibus

Testatoris, ut responsum fuit in secunda decisione §. Manus relevat.

Nec juvat ponderare, quod Testator non simpliciter fideicommissum ordinaverit pro familia, sed pro Domo, & familia, cuiusmodi verbum *Domus* magis latè patere contendit, & complecti familiam etiam contentivam, quia (quidquid sit de latiori significatu verbis *Domus*, ac de effetu hujusmodi significatus stante successivo pronomine *ipsius*) difficultas solùm caderet, ubi fideicommissum cantaret pro familia, & domo, qua tunc dictio & par qnam oratio progreditur de speie ad genus, stare posset augmentative, & verbum *Domus* intelligi in tota sui latitudine. At quando (prout hic) fideicommissum cantat pro Domo, & familia, & sic oratio progreditur de genere ad speciem, dictio & non stat augmentative, sed expolitive, seu restrictivæ, ac si verbum *Domus* intelligi nequit ultra terminos subsequentis verbi familie, ut per Odd. conf. 45. num. 45. Cened. singular. 50. num. 12. Rot. decis. 368. num. 21. coram Cerro, & in puncto fideicommissi conditi pro domo, & familia habetur apud Cels. decis. 367. num. 8.

Minus relevat, quod Testator in fideicommisso universali fecerit substitutionem Maximiliani, & Joannis Petri descendientium familie contentivæ, quæ influere dicitur ad ejusdem familie compressionem, etiam in fideicommisso particulari; quoniam, præter responsiones huic objecto datas in secunda decisione loc. mox alleg. animadvertiserunt Domini, quod substitutio Maximiliani, & Joannis Petri restricta fuit ad certos casus, quod scilicet filii Testatoris cederent sine filiis, ac Maximilianus cum Faustina Testatoris filia nuptias contraheret, quodque proinde deseruire nequit pro generali norma conjecturandæ voluntatis Testatoris. Et maximè cum non simus in eisdem casibus, sed in diversis, ut tradit Fusar. de subtit. q. 11. num. 3. & 4. Rursum, quod nec in rei veritate dici valet in fideicommisso universalis contemplata familia contentiva; Nam contemplatio hujusmodi non resultat ex simplici vocatione agnitorum, Gabr. conf. 88. n. 9. lib. 2. Mantic. de conject. lib. 11. sit. 24. num. 7. 4 Rot. decis. 646. num. 14. coram Gregor. & decis. 65. n. 10. coram Arguell. & in Bononien. fideicommiss. de Ghibellis 17. Maii 1686. §. 2. concess. coram Reverendiss. Hervani. Et demum, quod, si comprehensio familie contentivæ in fideicommisso particulari metienda foret ex universalis, jamdiu evanuissest per obitum Alexandri unius ex filiis Testatoris cum filiis, per quem evanuit ipsum fideicommissum universale, ut firmatum fuit in prima decisione §. Hinc enim triplici.

Nec turbat, quod procedendo cum intellectu fideicommissi particularis restrictis ad familiam effectivam, ori potius absurdum, quod ciuius exprimat particolare fideicommissum, quam universale, quia nempe si filii Testatoris sine filiis obiissent, istud purificatum fuissest favore Maximiliani, seu Joannis Petri, & illud cessasset contraria verisimilem voluntatem, ac expressum etiam desiderium Testatoris, qui in particulari fideicommisso verbum perpetuatis adhibuit, quod non reperiit in universalis. Quoniam nullum planè futurum fuissest absurdum, quod ciuius terminasset per obitum filiorum Testatoris sine filiis particolare, quam universale fideicommissum; non obstante nota perpetuatis in particulari à Testatore exarata, ex limitato Testatore affectu, ac proposito consulendi dumtaxat familie effectivæ, ita, ut ultimus de familia liberas habere posset habendas disponendi de bonis fideicommissi, ilmo re penitus inspecta, nec etiam subsistit, quod per obitum filiorum Testatoris sine filiis defecturum fuissest particolare fideicommissum, quia Testator non solùm voluit, quod Casalia semper remaneant in familia, verùm etiam supposita, ut sub initio retulimus, dispositioni sui Testamenti, quo stante videtur, sublato cum familia vinculo fideicommissi particularis supposita voluisse illius bona alteri fideicommissi universalis, ut in proximis terminis tradit Dec. conf. 362. & 497. per rot. Cefalan. conf. 47. num. 85. & conf. 56. num. 14. Rot. decis. 162. num. 1. coram Peuting.

Postremò non officit, quod DD. de Caffarellis per duplex medium sc̄eninum descendant à filio Testatoris. Quia in fideicommisso pro familia instituto, non veniunt descendentes ex sc̄eninis, qui in aliena familia nascuntur, latè pluribus adductis Fusar. de subtit. q. 352. numer. 53. & seq. Non attenta replicatione, quod iisdem DD. Actores sint etiam de familia Caffarella, quia ex præfatis non sunt de ea, de qua curavit Testator.

Catera

Catera fatis, abundèque sublata fuerunt in præcedenti bus Decisionibus, vel adeo futilia sunt, ut non mereantur particularem responsum.

Et ita Decisum utraque &c.

R. P. D. P I O.

Romana Legati de Carafis.

Veneris 17. Junii 1695.

A R G U M E N T U M.

Iuxta mentem Card. de Luca in Disc. LII. de fideicommissis, & super eodem Legato de quo ibi agitur, hic deciditur quod in concursu inter existentes in eadem sphæra vel dignitate à Testatore requisita, is præferri debeat qui Testatori in gradu est proximior.

S U M M A R I U M.

- 2 **D**ictina legati possessio illegitima, non nocet legitimis legatario, licet de tempore aperta successionis conditione requisita careret.
- 2 **Q**uis in legati possessionem præter juris ordinem, ac Testatoris dispositionem intrusus, ipsum jus quod in illo habebat amiserit, neque legitimus possessor, & contradictor dici meretur.
- 3 **L**egatarius, ad instar fideicommissarii, legati possessionem de manu heredis capere tenetur.
- 4 **E**xecutor testamentarius suam non potest exequi declarationem, nisi herede specialiter requisito.
- 5 **P**aria sunt Inventarium minus legitime & imperfecte confidere ac Inventarium non confidere.
- 6 **V**bi aliquid sub conditione relinquatur, conditionis evenitus sub qua relictum est expectari ac purificari debet, priusquam adipisci illud quis possit.
- 7 **A**lienatio alicuius partis sufficit ad effectum, ut usucpiarius dicatur abusus, & privetur comando rotius legati.

D E C I S I O XXXVII.

Super bonis ad majorem decorem, & honorificentiam nobilissime familie Carafa olim à claræ memoria Cardinali Petru Aloysio Carafa relictis Cardinalibus, & Prelatis de dicta domo pro tempore Romæ existentibus, & ad præfens à R. P. Domino Franciso detentis petuit hodie coram Me immittit R. P. Dominus Petrus Aloysius Carafa prefati Cardinalis trinepos, favorablemque resolutionem reportavit, & jure quidem merito, nam cùm Testator in concursu Cardinalium, & Prelatorum sibi proximiores in gradu semper præferendos esse demandaverit, nullusque modo concurrat, qui se arctiori sanguinis necessitudine eidem Cardinali conjunctum contendat. Consequens est, ut ei expostulata immisso sit dæcernenda ad text. in vulgare legi cum ita sit in Fideicommissis & leg. petro 6. Fraser ibique glossa vers. proximus quisqueff. de Legat. 2.

Neque ad eamdem retardandam in nihilo obstatre valuit, quod R. P. D. Franciscus ad fruitionem Legati jamdiu admissus extiterit, proindeque tametsi supervenerit R. P. D. Petrus Aloysius quæsito tamen emolumento privari nequeat, eo quia de tempore aperte successionis, quod regulariter in hisce materiis est attendendum iste requisita Praetali qualitate minimè polleret ex firmatis per Rotam in Melevitan Legatorum 4. Julii 1692. S. Quod vero, coram R. P. D. meo Caprara. Quidquid enim sit an in Legato de quo agitur applicari possit dicta Theorica ex particularibus facti circumstantiis, & verbis per informantes pro R. P. D. Petru Aloysio enucleatis, super quo articulo, utpote ad hodiernam decisionem non necessario Domini nihil statuendum putaverunt, hoc unum respondentes, quod cum R. P. D. Franciscus non minus juris ordine, quam Testatoris dispositione spreta se in possessione Legati intruserit utique dicitur virtutem legatam occupasse, adeo ut omne jus, quod in illa habebat amiserit, neque possessor, & legitimus contradicitor reputari mereatur, ac text. in leg. 1. ubi DD. communiter ff. ignoramus bonorum, Matt. de Success legali par. 4. quæst. 19. art. 1. nu. 1. 2. & 3. Gratian. dist. 3. forens. cap. 571. nu. 1. & sequent. Castillus de usufruct. vol. 1. cap. 6. nu. 21. & 22. Rota coram Greg. decis. 206. nu. 56. & 10.

Decis. ad Test. de Luca. Vol. II.

Fuisse vero Legatum de quo est quæstio à R. P. D. Francisco contra juris ordinem, atque contra expressum Cardinalis præceptum acquisitum satis in competto est. Nam quod attinet ad ordinem juris, præmisso, quod ipse possessionem nactus fuit propria autoritate posthabita exequitorum interpellatione, nulloque præcedente Judicis mandato, & quod pejus est omessa necessaria descriptione mobilium, quorum inventarium omnino à Legatario Usufructuario confici debet, Rota decif. 2. 39. nu. 12. par. 12. & dec. 240. n. 3. par. 15. recent. cum præterea citatus non fuerit Dominus Princeps Belvederii ejusdem Cardinalis heres absolutum est, possessionem eo non audito adeptam nullam, atque irritam remanere, cum Legatarius ad instar fideicommissarii eamdem de manu heredis capere teneatur, alijs ut inquit Text. in lege non est dubium C. de legatis, videtur rem subtraxisse, Rota coram Cardinali Cerro decif. 1. nu. 21. & 22. decif. 764. nu. 5. & 6. dec. 93. 5. nu. 5. & 7.

Asque eo quod officiat responso, quod admissus fuerit à Cardinali Innico Caracciolo, tunc temporis Cameræ Apostolicæ Auditore Exequitorum Testamentario, ac in arbitrio electo à clar. mem. Cardinale Carolo Carafa, & dicto R. P. D. Francisco ad dirimendas controversias inter ipsos exortas ob assequitionem huius Legati; Quia adhuc tamen actus non substinetur, nam licet exequitor Testamentarius voluntatem defuncti interpretari valeat, suam tamen non potest exequi declarationem, nisi herede speciliater requisiito, ut post Gabrielem in puncto notarii Card. Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 1. num. 21. Mart. de Success. legal par. 4. 9. 15. arr. 1. num. 18.

Prout frustra ad supplendum Inventarii defectum allegabatur quedam notula in qua adnotata reperiuntur nonnulla mobilia hereditaria Cardinalis Petri Aloysii, tum quia est illegaliter confecta, utpote quæ publici Notarii rogitu noscitur destituta, ac nulli insuper in ea leguntur exhibiti Testes, & sic tanquam informis attendenda non venit, cum paria ad hunc effectum sint descriptionem, seu Inventarium non confidere, vel illud minus legitime, ac imperfecte confidere, Roland. à Valle de Inventari par. 3. §. Quia de substantia nu. 1. & seqq. inter trait. magna. 8. par. 2. fol. 177. Mantic. cod. trait. de lice. liber. nu. 58. dicto parvior num. 8. fol. 240. Inde patenter est defectuosa ex quo non continet omnia alia suppellectilia pretiosa hereditatis, quod magis illius insufficiantur ostendit, Rota decif. 267. nu. 17. & 18. par. 17. & decif. 613. nu. 32. par. 18. iom. 2. recent. Tum etiam quia suffragans nequit ob indistinctam, confusam, & genericam rerum descriptionem, quando requireretur expressio qualitatis, quantitatis, ponderis, & mensuræ rerum ad Text. in leg. 1. vers. recte autem, ff. de usufructario quemadmodum caueat, Dunoz. Sen. decis. 161. nu. 8. Peunting. decis. 509. num. 8. Celsus decis. 142. nu. 2. & in recent. decis. 382. nu. 8. par. 19. Præsertim vero concurrence ordine Testatoris satisfandi pro conservatione, & integra restituzione dictorum mobilium Legatorum; Quo stante nisi descriptio fit specifica in qualitate, & quantitate, pondere, & mensura impossibile redditur, quod regulari possit cautio danda, nec certum esse valeat pro quibus rebus fidejussores adstricti reperiantur, ut ponderat Roland. à Valle tit. ubi supra p. 2. q. 36. nu. 2. fol. 127. & p. 5. q. ultima nu. 9. fol. 199. a tergo.

Quod autem attinet ad negligiam Testatoris dispositiōnem contraventio convincitur palam, ex eo quod Cardinalis Petrus Aloysius Carafa post relictum Legatum Cardinalibus, & Prelatis sibi proximioribus, qui Romæ pro tempore extitiri forent hanc literalem conditionem adiecerit. Con conditione per expressa, che detti Prelati, e Cardinali diano sicura idonea ab non alienare detti mobili, & argenti, bipercarli, & permulari in qualisvolgia modo, & per qualisvolgia causa, ma di godere solamente l'uso di essi &c. que sanè verba cum manifestam conditionem præferant Legati suspensionem operantem, ut in terminis respondit Rota decif. 882. nu. 5. & 6. & seqq. coram Dunozett. Jun. Inde concludenter sequitur, ut non præstata per R. P. D. Franciscum idonea cautione à Testatore exoptata Legatum non acquisiverit: Firma nempe in jure nostro est conclusio, quod ubi aliquid sub conditione relinquitur, conditionis evenitus sub qua relictum est prius expectari, ac purificari debet, & tunc dies tantum Legati cedit, cum injuncta conditione advenerit, seu adimplenta fuerit, 1. Si post dies ff. Quand. dies Legat. ced. de leg. Hoc jure, ubi glossa verb. peri posse, & verb. non posse, ff. de Verbor. obligat. & leg. 1. Si autem Cod. de caduc. tollend.

E 3 Sed